

nam quod de argento sperem aut posse postulem me fallere  
 nil est ; triumpho si licet me latere tecto abscedere. 5  
 crucior bolum tantum mi ereptum tam desubito e faucibus.  
 quid agam ? aut quid comminiscar ? ratio de integro ineun-  
 dast mihi.

675 nil tam difficilest quin quaerendo investigari possiet.  
 quid si hoc nunc sic incipiam ? nilst. quid si sic ? tantun-  
 dem egero.

at sic opinor : non potest. immo optume. euge habeo 10  
 optumam.

retraham hercle opinor ad me

678<sup>a</sup> idem ego illuc hodie fugitivom argentum tamen.

## CLINIA SYRVS

## iii

*CL.* Nulla mihi res posthac potest iam intervenire tanta  
 680 quae mi aegritudinem adferat : tanta haec laetitia obortast.  
 dedo patri me nunciam ut frugalior sim quam volt.

*SY.* nil me fefellit : cognitast, quantum audio huius verba.  
 istuc tibi ex sententia tua obtigisse laetor. 5

*CL.* o mi Syre, audisti obsecro ? *SY.* quidni ? qui usque  
 una adfuerim.

685 *CL.* quomodo aequae audisti commode quicquam evenisse ?  
*SY.* nulli.